



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 4. Leo successu frustratus in Venetos vindictam exerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI.
A.C. 1514. jectabant enim illi, quod Papa, cum ad tuendas urbes, quæ ipsi sub depositi fide relinquendæ forent, sat militum non haberet, forte illas tam exiguo præsidiorum numero firmaturus esset, ut non modo Germani, sed & Hispani, si eis liberet, nullo ferme negotio illas sibi subjicere possent.

§. IV.

Leo successu frustratus in Venetos vindictam exerit.

Cum Pontifex sua pacis conciliandæ studia optato exitu frustrari perspiceret, Venetorum pertinaciam ulturus Prospero Columnæ & Sabellio Ducibus negotium dedit, ut Cremam cingerent; at Ranceus de Ceri hujus urbis Præfectus inopino erumpens, Pontificis copias profligavit, pluresque occidit; Sabellius tamen fuga sibi consuluit, demum vero Prosper soluta obsidione in Romaniam secessit.

§. V.

Veneti Marani obsidionem bis solvere compulsi.

Haud magis prospera Venetis accidit Forojulienensis expeditio. Primo quidem Livianus secundis dimicabat armis; quippe